

fundentur, & ita pro Indicis à Regibus nostris Pontificia est Sedes exorata. Cum autem iurisdic-tio Pontificia potior sit, ad illam potius spectat iudicium de causis ad eandem spectantibus, & præcipue cum de Ecclesiasticis agitur, & ita Ecclesiastici Iudices deputandi.

Ex beneplacito Apostolice Sedis haberi.

122 Ad quod dici potest ex beneplacito Sedis Apostolicæ rem ita dispositam, unde Re-gor laicus alternâ vice cum Ecclesiastico annua-tum eligitur, qui & causas Academicorum iudicat, & à quo ad Regiam Cancellariam prouocatur; si negotium iustitiæ sit, si verò ad Gubernationem spectet, ad Prorogem est satis prouocari. Non est autem insolitum ut Ecclesiastici aliquando apud laicos iudices conueniantur: sic enim feudatarij apud dominum feudi causam dicunt, vt ex pluribus textibus, & auctoribus ostendit Dom. Solorzanus Tom. 2. lib. 2. Cap. 5. num. 13. & Cap. 28. num. 15. & in Politicâ lib. 3. Cap. 6. s. y por el mesmo & Cap. 30. pag. 464. s. y lo mesmo. Et Dom. Felicianus à Vega in suis Relektionibus, variis in locis, sed præsertim in Cap. Verum. 7. num. 1. & seqq. de foro competentil. Pro quo & alios adducit Diana Part. 2. Tract. 1. Resolut. 59. cum quadam limitatione. Et certè non videtur quomodo auctoritate Regiâ possint Gradus in Theologiâ, & sacris Canonibus conferri; quod tamen in formula collationis dicitur; scilicet Auctoritate Pontificiâ, & Regiâ, quibus in hac parte fungor &c. Nisi ad hunc explicationis modum accurramus. Licet enim Doctores in iure Ciuili, Medicinâ, & naturali Philosophia creati auctoritate Principis laici possint, vt tradunt Doctores in l. Deo auctore C. de veteri iure enucleando: in sacratoribus tamen facultatibus, solius Pontificis est, ad quod nec partialiter concurrere Princeps laicus potest, quia generale illud est, vt neq; partialiter possit se rebus sacris commiscere, cum potestas eius merè temporalis sit: vt ex iure sacro constat, & auctoribus ita communiter attestatis. Fatendum ergo est Pontificium circa hoc beneplacitum extare, ob magnum Reipublicæ commodum; quod ex litterarum professione consequitur, & ita oportuisse Christianos principes pro fouendo illo specialibus priuilegijs excitari. Non est ergo negotium hoc ad rationem illam reducendum, quod delinquant in officio, & sic multari possunt, vt cum Zeballos tenet Dom. Villaruel. Part. 1. Quæst. 1. Art. 8. n. 69.

Auctoritate Regiâ non posse Gratus in facultatibus sacris conferri, secus in alijs.

123 Dico quartò. Academiâ à Pontificibus in Scholis Religiosis concessâ, nequeunt à Senatibus Indicis prohiberi. Id constat: quia suprema nequit potestati resisti opportuna iubenti. Quod si quidquam obstaret, id tantum esse posset, Bullas concessionis non fuisse in supremo Consilio registratas: atqui contrarium apparet in Bullis pro Societate concessis: registratæ enim sunt, neque vllum ipsis impedimentum constitutum; nullo ergo pacto potest executio earum impediri. Cum præsertim executio adeò utilis comprobetur; tum vt multorum pauperum, qui eximium in litteris fecere profectum, honori, & commodo consulatur; tum etiam vt omnium vitæ, quæ aliunde venturi, & in ciuitatibus prædictis ob cœli aduersam temperiem graues salutis iacturas frequentius patiuntur. Temperiem autem commodam pro Academijs

Affertio 4. Academijs à Pontifice concessas non posse ab Audi-tijs prohiberi.

conquirendam bene ostendit Beyerlinck in Theatro magno V. Academia. Tit. Quo loco. Qui Tit. Monasteria eodem verbo, luculenter ostendit, olim in Monasterijs Academijs extitisse: & certè Bullis Pontificiis impedimentum apponere; quo minus executioni mandentur, Doctores quamplures clamant contra Ecclesiasticam esse libertatem, & in Bullâ Cœnæ sub referuata Sedi Apostolicæ excommunicatione prohibitum, qui videri possunt apud Dianam Part. 1. Tract. 2. Resoluzione 13. Quod ergo illi dixerint audientes etiam registratis Bullis obstacula ab inferioribus iudicibus opponi, in quo non iam Pontifici tantum, sed & Regis manifestæ voluntati compe-riuntur aduersari? Quidquid ergo contradic-tionis ab Vniuersitatibus præcipuis occurrat, id minime curandum, quando causa boni com-munis in eo vertitur, & ad præstandum obse-quiium diuinis, & humanis oraculis perurgen-tur. De Academijs iterum Titulo 20. num. 82. & seqq.

conquirendam bene ostendit Beyerlinck in Theatro magno V. Academia. Tit. Quo loco. Qui Tit. Monasteria eodem verbo, luculenter ostendit, olim in Monasterijs Academijs extitisse: & certè Bullis Pontificiis impedimentum apponere; quo minus executioni mandentur, Doctores quamplures clamant contra Ecclesiasticam esse libertatem, & in Bullâ Cœnæ sub referuata Sedi Apostolicæ excommunicatione prohibitum, qui videri possunt apud Dianam Part. 1. Tract. 2. Resoluzione 13. Quod ergo illi dixerint audientes etiam registratis Bullis obstacula ab inferioribus iudicibus opponi, in quo non iam Pontifici tantum, sed & Regis manifestæ voluntati compe-riuntur aduersari? Quidquid ergo contradic-tionis ab Vniuersitatibus præcipuis occurrat, id minime curandum, quando causa boni com-munis in eo vertitur, & ad præstandum obse-quiium diuinis, & humanis oraculis perurgen-tur. De Academijs iterum Titulo 20. num. 82. & seqq.

Bullæ Apo-stolicæ non posse impe-dimentum apponi iux-ta Bullam Cœnæ.

CAPVT XV.

Circa Salarium, quæ Conscientiæ onera esse possint in Regijs Auditoribus.

124 Est illud Regiâ quidem munificentia dignum, & opulentia Indicarum regionum consonum, ne turpe ali-quid contingat indigentiam persuadere. Circa illud ergo ita dispositum, vt non soluatur nisi post adeptam officij possessionem, & laborem, in exercitio eiusdem exhibitu cogruis temporibus. Pro itineris autem expensis id dari statutum, quod sex mensibus seruitij responderet, quando ex Hispaniâ faciendum illud; quod si ex valde remota prouinciâ, suum etiam pro sumptibus dari subsidium solet, Regiâ semper prouidentia ministrorum suorum commodo prouidente. Circa quæ

Pro sumptibus itineris quid dari solent.

Dico Primò: Auditor moras voluntarias ne-tens, & veras simulans, vt sic maius subsidium accipiat, grauiter peccat, & ad restitutionem tenetur. Probat: quia largitio illa est propter causam, aliter non faciendâ: ergo deficiente causâ deficit titulus iustæ acquisitionis. Quod esse indubitatum affirmat P. Molina Diss. 209. conclus. 1. cum Ioanne Medina, Nauarro, Syluestro, & alijs de donationibus ex causâ loquen-tibus, quando illa existimata est, & non verè subsistens: quod in foro conscientie & etiam exte-riori procedit. Nequit autem dubitari eam, de quâ loquimur, esse donationem ex causâ non subsistente; quia Rex nullo titulo tenetur ad illam, qui subsidium pro sumptibus itineris etiam gratis largitur: unde quod superadditur ob moram falso propositam multò id habet potius, vt merito dicat citatus Auctor non posse de eo dubitari.

Affertio 1. Si mora affectata nihil leuari possit.

Quia est donatio ex causâ. Et quid de illa.

125 Dico secundò: Auditor serò ad tribu-nal veniens, & negligenter ministerium suum implens, non potest integrum salarium accipere, & si accipiat, ad resolutionem pro rata tenetur. Sic probauimus supra Cap. 3. & Tit. præced. Cap. 9. s. In fine. Modò iuuat P. Molinam audire Diss.

Affertio 2. Obligatio restitu-tionis ob de-fectum in ministerio.

493. Sic loquentem: Qui operas suas in diem, aut in aliud tempus alicui locauit, fideliterque non labora- rati intra limites laboris ac curæ debite, ita quod prudentis arbitrio laborem infimum iustum pro eo stipendio debitum non attingit; tenetur restituere condu-ctori de stipendio pro rata eius laboris, atque operis, quod præstare tenebatur, neque præstitit: immò verò tenetur etiam illi restituere, si quod aliud detrimen-tum etiam lucri cessantis inde subsecutum conductori fuit, aut ad aliud simile. Sic ille pro se adducens, Nauarrum in Manuali Cap. 17. num. 196. con-cluditque sic, Resque ex se satis est perspicua. Hac consideratione quidam Regiæ Cancellariæ Ar-gentinæ Visitator in officij sui exercitio indefes-tus assistens, à Religioso schedulis Regiis, ratio-num libris, & diuersis ad negotia spectantibus instrumentis immeritus, cum fuisset inuentus, il-leque urbanè de laboris assiduitate ipsum corri-puisset, respondit; Quid faciam? Operarius Regis sum ad onera ista conductus, cui fideliter operas meas onor impendere, & sicut alij hgone, aut sinuâ pondus diei, & estus portantes mercedem accipiunt, sic & ego meam, quam non merebor aliter, studeo comparare. Sic ille laborator fidelis, cuius tamen labor æ-mulantium calumnijs infelicis est exitu consum-matus. Videant ergo Auditores an eorum labo-res infimum saltem gradum attingant, nec ne, prudentis arbitrio, alterius inquam, qui sine pas-sione iudicat: & iuxta id conscientie suæ gra- uamen agnoscat, idque præstent opportunè, quod non præstitisse serò incipiant poenitere.

Fidelis Mi-nistri re-sponsum.

Affertio 3. Ob mini-sterium officio an-nexum non posse salarij augmenti exquiri.

126 Dico tertio: Auditor nequit turâ conscien-tiâ supra ordinarium salarium accipere aliud, ob ministerium officio annexum ex dispositione leg-is, licet secundum se annexum non sit. Sic vidi-mus in Superioribus commissiones aliquas esse muneris Senatorio annexas: & præsertim notanda quæ diximus. num. 74. & toto Cap. 12. licet enim ex se officio non sint annexæ, officium tamen cum eo onere datur: præsertim, quia eo tempo-re, quo tali vacatur commisioni, labores alij non subeuntur ab Auditore, vt assidendi tribunalibus, & qui occurrere alijs solent; & non duplicato labore, non est cur debeat salarium duplicari. Li-cet ergo in genere talia onera non sint officio annexa, huic tamen officio annexa sunt, & non pro officio in genere, sed pro hoc stipendium est constitutum; & ita crescente labore stipendium non accrescit. L. honos D. de aduocat. diuersi. Indi. Quod tenent & exornant Baldus, Gailius, Capi-cius, Romanus, & Decius, quos adducit, & le-quitur Pater Fragolus Tom. 1. pag. 421. s. Ni-hilominus.

Affertio 4. Remotus ab officij exercitio sine culpa, salarium percipere posse.

127 Dico quartò. Auditor ab officio remo-tus ob inquisitionem aliquam contra ipsum, quia videlicet matrimonium contraxisse intra prouin-ciam, aut eius filium, vel filiam, opponitur, vel ex officio, vel ad accusatoris instantiam, si nihil contra ipsum ex inquisitione resulter, neque ini-ustum aliquid ex parte illius fuerit in defensione commissum, potest salarium integrè accipere. Sic colligitur clarè ex L. Cum allegatis. C. de re mi-litari. Lib. 12. & ex Saliceto, Francisco Marco, & alijs dicentibus ita faciendum, quando quis re-mouetur ob culpam aliorum, ciuium videlicet, quos adducit Pater Fragolus supra. pag. 422. n. 67. Videtur autem eadem ratio in calu nostro; Theſauri Indici Tom. I.

quia cum nihil ex informatione contra Audito-rem resulter, non illius culpâ, sed alterius, qui ca-lumniosè egit, ab officio fuit remotus. Vbi er-go culpa non est, neque etiam poena esse debet, iuxta regulam vulgarem: sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus. 23. in Sexto. Cui & addenda 41. ibidem: Imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum. Sic ægotanti Senatori integrè sala-rium soluitur in Indijs ex speciali rescripto, de quo Dom. Solorzanus Lib. 4. Cap. 4. num. 33. & P. Fragolus num. 61: quia scilicet non terri-re, culpæ ipsius nequit imputari.

Quis de remoto ob-suspicio-nem, & absoluto.

128 Secus autem esse quando quis ob sus-picionem culpæ remouetur, doctrina est Baldi, & Surdi, quos adducit citatus Auctor num. 67. quamuis absolutus euadat ex regula notissima, qui non laborat, non manducet. Sed hoc videtur accipiendum, quando Auditor causam dedit suspicioni, sine circumspectione procedens; si enim suspicio ex malevolentia aliquorum orta sit, non est propter illam puniendus, iuxta nu-per dicta: & quidem cum suspicio non est, inte-grum salarium debet solui: si ergo ob suspicio-nem negatur, ergo iam priuatio ista non est ex eo tantum, quod non seruerit, cum non ser-uenti etiam detur, quando suspicio defuit, & ita erit poena suspicionis: atqui suspicio nullam ex parte eius supponit culpam, ergo nec infligi poena illi dicta potest. L. Capitalium D. de penis. & L. Aliud est fraus. D. de Verborum significat. Qui discursus videtur euidens. Immo videtur non quamlibet suspicionis causam ab Auditore da-tam ad priuationem istam sufficere, sed grauem fem momenti magni: leuis namque non est graui poenâ puniendâ; cum culpa, & poena propor-tionari debeant, ex communi omnium senten-tiâ; sed hoc sequentem prouocat quæstionem.

CAPVT XVI.

Auditores Indici an peccent sine Li-centia Regis matrimonium intra Prouinciam contrahentes, vbi quæ-dam alia circa illud.

§. I.

Licita esse Statuitur.

129 Cæsareo iure prohibitio ista des-cendit, quæ & legibus est Hispaniæ stabilita, ac pro Indijs specia- lissima illæ sunt, de quibus Dom. Solorzanus Lib. 4. Cap. 4. num. 60. & 61. & in Politicâ lib. 5. Cap. 9. Quibus licet dispensationis omnis præcidatur spes ob grauiâ inconuenientia, quæ ex matrimonijs istis emergunt, iam tamen est rig-or ille plus nimio mitigatus; & in Prætorio hoc Limano maior Auditorum pars, indulto Re-gio porita, ob pecuniarium seruitium quod vo-cant, quo inconuenientia omnia adeò exagera-ta legibus deorantur. Quod quidem malum, quæ lege caret necessitas tolerabile reddit, ex doctrina Matienzi in Tractatu manuscripto de

Leges ma-trimonium prohiben-tes, & en-terum dispè-satio, atque inconue-nientia dispensa-tionis.

moderatione regni Peruviani, quem citat Dom. Solorzanius supra num. 62. dicentem in Limana, & Mexicana urbibus, eò quòd civibus abundent, facilius posse circa hoc dispensari, alibi tamen strictè observandum. Sed quidquid ille dicat, in urbibus etiam frequentioribus familia, immò & maiora inconuenientia cernuntur; quia latius excurrunt parentela, vnde oporteret non solum licentias prædictas non dari, sed etiam ex Audiētiis aliis non adduci eos, qui in præfatis urbibus, vbi contraxere matrimonium, diffusas affinitates habent; quia inconuenientia eadem sunt, vt experientia est multiplici comprobata. Possunt autem aliquando dicta inconuenientia cessare; quia vxores in urbibus prædictis nullam habent, quæ periculum creare possit, cognationem. Vnde valdè expedit, vt cum quis indultum Regis desiderat, de cognatione vxoris informatio à Prorege facta remittatur. Quibus præmissis circa difficultatem præsentem

Affertio 1. mortaliter contrahentes non peccare, quia id nequit laica potestas impedire.

Concilium Trident.

Leges exheredantes ea de causa non obligare.

Tridentini excommunicationem contra impediētes versari.

130 Dico Primò: Auditor matrimonium contrahens intra Prouinciam sine Regis indulto non peccat mortaliter. Id probò; quia Principes laici matrimonia impedire nequeunt, eò quòd matrimonium sit Sacramentum, vnde nihil potest circa illud, sed id ad Ecclesiasticam spectat potestatem. Quà ratione Concilium Tridentinum antiquis impedimentis noua addidit; cuius dispositioni omnes Christiani Principes, vt veri Ecclesiæ filii caput obsequentiſſimum submiserunt, & licet alicubi, quod ad nullitatem clandestini matrimonii spectat, receptum non sit, id ex resistantia Christianorum Principum non accidit, sed ex difficultate in executione, recognoscitibus omnibus circa hoc Ecclesiæ potestatem. Vnde Concilium Tridentinum sessione 24. Cap. 9. de Reformatione sic statuit. *Præcipi sancta Synodus omnibus cuiuscumque gradus, dignitatis, & conditionis existant, sub anathematis poena, quam ipso facto incurrant, ne quouis modo directe, vel indirectè, subditos suos, vel quoscumque alios cogant, quo minus liberè matrimonia contrahant.* Sic illud. Hinc est leges exheredantes filios, eò quòd contra voluntatem parentum contrahant, non obligare. Si illi matrimonium in facie Ecclesiæ contraxerint, & modo ab Ecclesia non prohibito, ita vt validum prorsus sit. Quod non solum communis sententia tenet, sed communior, vt testatur P. Molina Tom. 1. Disput. 176. §. Communior sententia. Pro quâ ibidem adducit Panormitanum, Couarruiam, Nauarrum, & Ledesma. Nec solum communior, sed etiam probabilior, iuxta P. Thomam Sancium Lib. 4. de Matrimonio, Disput. 25. vbi quàm plurimos pro eadem adducit, eos secutus, sicut & P. Ægidius de Sacramentis Disput. 28. in fine. P. Valquez Disput. 4. de Matrimonio, num. 24. P. Gaspar Hurtadus Disput. 6. de eodem Difficultat. 10. & alii ex quo manifestè sequitur, quod si superiores prohibere nequeunt, qui contra huiusmodi prohibitiones faciunt, non peccent grauitè.

131 Nec obstat iuxta P. Henriquez Lib. 1. cap. 6. numer. 5. & alios, quos adducit in Glossa Lit. H. & sequitur P. Hurtadus supra difficult. 7. à Concilio non excommunicari impediētes matrimonium, sed eos, qui cogunt contrahere cum hac, vel illa persona: nam contrarium verba ipsa

demonstrant, quandoquidem ex illis habetur matrimonia debere liberè celebrari, quod aliàs à jure Canonico est statutum, aut potius declaratum variis in locis, de quibus P. Sancius num. 4. Quod etiam contra impediētes à Tridentino tradi, vt certissimum supponunt Doctores citati, & alii magis in speciali, qui de adducta poena tractant, videndi apud P. Sancium Disput. 22. num. 8. 9. & 10. & quidem Concilium ex eo coactionem sub anathemata prohibet, quia matrimonium liberum esse debet: quod si non sit ita liberum quòd minus prohiberi possit, ergo & dari coactio poterit circa hanc, vel illam personam. Præterquam quòd, qui cogit eum, hac vel illà contrahere, consequenter prohibet contractum cum aliis: ergo manifestissimum est de impediētibz esse sermonem. Vide etiam P. Fragosum Tom. 3. pag. 93. n. 70.

132 Dico præterea potest oppositam sententiam esse probabilem, quam cum aliis tenet P. Molina supra §. Contrariam sententiam. & pro eadem plures adducit P. Sancius Disput. 25. citatè, dicens esse probabilissimam. Verum hoc nihil obstat; quia iuxta eundem P. Molinam opposita sententia est communior, vt ex eodem diximus, & iuxta P. Sancium probabilior, pro quâ sunt Scriptores innumerati; ergo qui iuxta illam operatur satis suæ conscientiæ consulit, vt non debeamus eum, vt lethalis peccati reum, condènare.

133 Si vltiùs dicatur non debere leges Hispaniæ vt contrariæ Iuri Canonico damnari. Responderi potest ita sentire doctissimos, qui grauius Iudices subfella tenuerunt. Deinde aliter explicari potest quomodo contrariæ non sint, si dicamus eas nò prohibere matrimonia, sed tantum priuationem officii statuere, quia eo sub onere collatum est: sciunt enim Auditores quid circa hoc agendum cum illis, si contrahant, & tamen officium acceptant, vnde & consequenter amittere volunt contractum matrimonii subsecuto; in quo nihil contra libertatem matrimonii est. Quomodo modum si quis domi accipiat famulum matrimonii vinculo solutum, dicatque ei: si vxorem duxeris, ibis amicè foras. Vbi dubitari nequit id esse licitum; quia priuationem illam famulitii, in quo speciale commodum habet, sponte vult, cum ita pacificetur, & ita nihil libertati matrimonii contrarium inuenitur. Nec est simile de legibus exheredationis filiorum, de quibus supra; quia illæ valdè contrariæ sunt matrimonii libertati: hæreditas enim non ex pacto aliquo omnino voluntario debetur filio, sed quasi naturali iure, & eà priuari durissimum est; vnde magna inde necessitas oritur conformandi se parentis voluntati, & ita non liberè penitus contrahendi: cum tamen Regius minister voluntariè cum Rege contrahat officium accipiens, ad quòd jus habet nullum; vnde ratio est valdè diuersa.

§. II.

Affertio alia pro eodem.

134 Dico secundò. Stare potest matrimonium dictum, etiam sine veniali peccato. Probatur fundamentò Affertionis præcedentis: nam matrimonium tale ex se est licitum, &

Non obstat sententia probabiliter circa prohibitionem.

Quomodo leges Hispaniæ Iuri Canonico contrariæ non sint.

Commodum ad explanationem exemplum.

Affertio 2. Matrimonium dictum stare sine veniali peccato.

& ratione legis nihil est, quod vrgeat, cum illa non obliget ad non contrahendum, sed ad summum ad subeundam priuationem, si matrimonium fuerit iudicè comprobatum. Quod roborari potest ex Doctrinâ eorum, qui dicunt filios contrahentes nuptias contra voluntatem parentum nullo modo peccare, quia id contra nullam est legem, sed contra decentiam quandam in eo reperatam. Sic Diuus Thomas 2. 2. quæst. 104. art. 5. in Corpore, vbi sic ait: *Vnde non tenentur, nec serui dominis, nec filii parentibus obedire de matrimonio contrahendo, vel virginitate seruandâ.* Sic ille. Quæ est etiam Doctrina Scoti, & aliorum apud P. Sancium Lib. 4. Disput. 23. num. 10. quibus adde P. Valquez Disput. 4. citatè num. 24. P. Ægidium Disputat. 28. num. 52. Conclus. 4. & P. Hurtadum Disputat. 6. Difficult. 10. Est autem in Regio Auditore ratio potior; quia non habent eum subiectionis modum respectu Regis, quem filius respectu patris, vt quædam illius pars & naturalis imago, cum omnium maximo debito, scilicet originis ad principium.

D. Thom. Roboratur ex potestate filiorum ad contrahendum contra parentum voluntatē.

Obiectioni ex inconuenientibus, propter quæ prohiberi est statuta, sit satis.

Quod de filiis Auditorum.

Quando grauitè peccare cõtingat.

Affertio 3.

135 Si obiectiones ex matrimoniis Auditorum intra Prouinciam ea inconuenientia sequi, propter quæ illa leges prohibuerunt, vt initio diximus, & ita sine peccato stare non posse matrimonium, ex quo illa sunt futura: cum manifestum videatur contra rationem esse aliquid agere, ex quo inconueniens aliquid emerferunt sit; quia inconueniens nihil est aliud in præsentem, quàm damnum publicum, cui saluâ conscientia nequit cooperationis aliquid adhiberi. Respondeo inconuenientia illa ex publicis matrimoniis sequi, dum non timet jam vxoratus officii subtractionem: ex occultis autem non ita, quia cautè proceditur ob timorem subtractionis. Potest autem quis viriliter statuere nihil indignum cognationis intuitu facere, & sic in eo nullo modo peccare. Aliàs quotquot dispensationes petunt, peccant, cum se exponant dictæ inconuenientium turbæ; quod tamen non est vltatenus asserendum: Accedit Ecclesiasticos Prælatos sine vilo scrupulo licentiam assistendi loco Parochi talibus matrimoniis consistere: vnde circa hoc non est cur quispiam disturberetur. Quod autem de Auditoribus dictum est, de eorum filiis est potius asserendum; quibus tantum indirecta videtur facta prohibitio, & ob eorum matrimonia soleant parentes officii spoliari; & id quidem iure, quando eorum consensus accessit: si autem ipsi ignaris & penitus inuitis res accidit, durum satis videtur ad interuentionem vsque mucronem Regium deservire: vnde cum eis mitiùs quandoque agi, & in officio sustineri, in rigore iuris tenet Dom. Solorzanius num. 64. & in Politicâ lib. 5. cap. 9. §. Pero en esta, & duobus sequentibus. Quod quidem attentâ legum prohibitionem dictum velim: nam aliunde possunt filii in eo grauitè peccare; quia videlicet non consultis parentibus nuptias contrahant, iuxta quàm plurimum scriptorum Doctrinam, quibuscum id tenet P. Sancius Disput. 23. citatè P. Ægidium Conclus. 3. P. Hurtadus citatè Difficult. 10. Item, si scandala, & capitalia odia, damnaue alia momenti magni timeantur, vt cum Victoria, & Ledesma obseruat P. Sancius num. 21.

libet contracto matrimonio non tenetur dimittere officium. Probatur; quia nulla est lex, quæ id iubeat; solum autem Proregibus, & Præsidibus Prætorialibus spoliatio ista committitur, & quidem, vt volunt multi, priuatio ista est poena, & lex illam statuens, consequenter est poenalis: nullus autem tenetur poenam in se ipso exequi, sed sententiam saltem declaratoriam expectare, juxta dicta n. 75. Quòd si poenalis non sit, juxta dicta n. 133. Sed conuentionalis, similiter dicendum; quia conuentio in acceptione officii virtualiter celebrata non fuit eum obligatione dimittendi illud matrimonio subsecuto, sed legitimâ sententiâ præcedente, quod est valdè consonum rationi, cum aliud satis durum videatur.

non esse obligationem dimittendi officium.

Affertio 4. neque restituendi salarium.

Ex Canonico suspensus & excommunicatus arguitur iuxta plurimum sententiam.

Et ex alia iuxta quâ priuatus ab officio non est priuatus beneficio, etiam in hæreticis.

Ratio contra sententiam requiritur.

§. III.

Ampliatio Resolutionis.

137 Dico quartò. In casu dicto non est obligatio restituendi salarium in foro conscientiarum. Circa hoc Dom. Solorzanius num. 87. & in Politicâ pag. 836. §. Y quando. ait latam sententiam retrahere, & tentari posse salaria contrahentis; cessasse; & in vtroque foro ab eo restituenda esse ex die contrahentis, ex traditis, post alias à Nicolao Garcia Tom. 2. de Beneficijs Parte 11. Cap. 10. num. 19. & seqq. Sed licet verum sit tentari id posse probabiliter, oppositum tamen valdè probabile est, ex traditis etiam ab aliis in casibus similibus: à Nauarro scilicet, & P. Henriquez, quos adducit P. Sancius Lib. 3. de Matrimon. Disput. 51. num. 12. & sequitur, dicentes Canonice excommunicatum, & suspensum lucrari distributiones, non obstante peccato, quod contrahit; quia quamuis peccauit in tali administratione & seruitio, quod in foro externo posset fructibus priuari, grauiorq; poenâ plecti; at certum est illud ministerium esse tam vtile Ecclesiæ, ac si exhiberetur à ministro non suspensio; ergo ministerii stipendium recipere debet, possessor enim malæ fidei mercedem laboris in vtilitatem rei impensū percipit. Sic ex citatis P. Sancius; quod quidem meliùs potest causæ præsentis applicari, in quâ Auditor non peccat ministerium suum exequens, nec possessor malæ fidei est, juxta dicta: & cum illius labor eodem modo utilis sit, ac si matrimonium non contraxisset, simile debet stipendium habere. Item, priuatum ab officio non esse priuatum beneficio, nisi id exprimat, multorum grauiumque scriptorum sententia est, quos adducit, & sequitur P. Sancius supra, quibus adde P. Azor Tomo 1. Lib. 5. cap. 7. quæst. 6. P. Fagundez in 1. Præceptum Decalogi cap. 18. num. 13. P. Bauny de Beneficijs Disput. 7. Quæst. 6. Affertione 2. & de hæreticis etiam loquentes idem tenent P. Suarez Disput. 22. de fide, sect. 21. §. 19. P. Valquez Tom. 1. in 1. 2. Disput. 172. num. 111. P. Henriquez Lib. 13. Cap. 56. num. 2. P. Palau Tom. 1. Tractat. 4. Disput. 4. Puncto 5. numer. 4. §. Requiritur. P. Becanus de Fide Cap. 15. quæst. 5. num. 3. qui alios citant. Requiritur igitur Auctores dicti saltem sententiam declaratoriam: quorum ratio est; quia poena non debet imponi, nisi à iure id exprimat, quod tamen in casu prædicto non contingere